Raymundus de Lauro miles Commissarius [illegible] Vicecomitis Vicedomini Judicibus Clavariis Subclavariis Ceterisque officialibus et hominibus Provincie et Forcalquerii constitutis ad quos littere presentes pervenerint salutem. Mercatum [illegible] vestra quod Syndici universitatis hominum castri de Sancto Paulo et hominum dicti castri ad nostram presentiam ad eundem quasdam litteras patentes [illegible] magne pendenti sigillo munitas presentarunt nobis tenoris et continencie infrascripte. Karolus secundus dei gratia Rex Jerusalem Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue Provincie et Forcalquerii Comes. Tenore presencium. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod nos ad supplicationem dilectorum castri de Sancto Paulo fidelium nostrorum pro se et hominibus dicti castri humiliter nobis factam per Lambertum de Sancto Paulo unum ex dictis ipsis Syndicum ad hec pro parte omnium constitutum sicut carte nostre constitit ad tenore presencium licentiam indulgemus faciendi et habendi forum de rebus venalibus in eodem castro de Sancto Paulo singulis diebus sabati cuiuslibet septimane in quo volentes convenire ad emendum partes et vendendum, dummodo id in preiudicium Curie per hoc redundet nec sit differendum vicariorum. Convento tamen et promisso nobis per eosdem Syndicum nomine syndicatus pro parte omnium predictorum quod integra medietas omnium et singulorum proventuum dicti fori sit dicte nostre Curie medietate reliqua ipsius diebus remanente. Insuper quod homines ipsius castri et maioris decime dictarum vicariarum et eius districtus tam presentes quam futuri per tempora fuerint successores et homines universi et singuli vassalli eiusdem districtus et decime vendentes seu emendo seu quocumque modo alias contrahendo in ipso foro sint immunes, in foro predicto ab omni lesta seu alio jure quocumque. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et pendenti sigillo curie nostre iussimus communi. Dat. Rome per Barthelomeum de Capua comitem regni Sicilie protonotarium et egregie Curie nostre magistrum racionalem anno dom. mill. cc. xc. vi. die xxvi. madii. xiii. Indictionis regnorum nostrorum anno vicesimo. Ad supplicationem igitur predictorum Syndicorum scripsimus tunc Mundo Vencessi et castellano ville nove ut inquisicione facta de comodo vel incomodo quod tam Curie quam aliis ex concessione dicti fori certum posset evenire debere nos per suas litteras informare, et quia per eosdem Mundi inquisicionem diligenter factam per ipsum et in nostra Curia examinatam postmodum ex [illegible] dictum forum fieri posset in dicto castro absque dampno Curie et preiudicio vicariorum ex vigore predicte concessionis regie [illegible] singulis et singulis hominibus dicti castri de Sancto [illegible] auctoritate concedimus ut in eodem castro pro communi bono ipsorum et aliorum regnicolarum fidelium nostrorum predictorum forum de rebus venalibus singulis diebus sabbati [illegible] volentes convenire ad emendum partes et vendendum cum dilectionibus predictis contentis litteris regie auctoritate presentium valeant celebrare. Tenore [illegible] cum vobis universis et singulis officialibus superiores fuimus et expresse iubemus ut dictis et hominibus aliis dicti castri de Sancto Paulo in celebrando forum huiusmodi nullum [illegible] preiudicium vel gravamen, si prohibeatis quod ab aliis minime inferatur. In cuius rei testimonium et futurarum memoria presentes litteras sigilli nostri appensione iussimus communiri. Dat. Aquis die xvii. decembris xiii. Indictionis